

obligari, &
quod ali-
quando
non sit sub
mortali
obligatio.

Notanda
ad Trina.

Iuramen-
tum de re
leui, tan-
tum sub
veniali
obligare.
Sed eam
doctrinam
non bene
applicari in
casu pra-
fenti.

Affertio 1.
Suffragia
Collegarū
posse ali-
quando
reuelari.

Narratio-
nes pro illa
opportunitate.

clavi aulae iudicialis est, tale fuerit, vt ex reuelatione eius, vel suffragiorum circa illud, graue possit inconveniens pullulare. Quando autem graue, quando vero tale non sit, ex rerum circumstantiis astimandum. Si illud adnotemus, leuitatem non debere iuxta communem astimationem iudicari: nam quod in communi hominum agendi ratione leue esse potest, in eo, de quo loquimur, debet multoties graue censeri. Exempli gratia: Si quis dicat aliquem in conuersatione priuata amicorum mendacium dixisse, grauiter non peccat, vt communiter trahunt Scriptores; si autem de Auditore hoc dicetur, in dicendā scilicet sententia mendacio vsum, graue videretur fore peccatum, quia hoc valde illius opinioni incommodat, & si propalatum seiret, materia grauis doloris existaret; & hoc quidem secluso iuramento, quod videtur nouam materiam non concernere, sed obligationem ex se grauem ita firmare, vt secretum fregisse sacrilegium sit, & ita mortale peccatum. Neque enim videtur dicendum leui in eo genere, quæ esse profecto possunt iuxta dicta; addito iuramento esse venialia sacrilegia, iuxta communem sententiam P. Suriij, & complurium aliorum, quos adducit & sequitur P. Vincentius Tancredi de Religione Tract. 4. Diff. 6. Quæst. 1. dicentes iuramentum de re leui non esse mortale; licet alij ab eodem adducti teneant contrarium. Hæc enim doctrina vera est, quando iuramentum cadit supra leuem materiam: quod in casu nostro non contingit. Togatus enim secreti custodiā iurans, de materiā leui non cogitat, sed de graui, quia id est conforme intentioni legislatoris, dum iuramentum emitendum statuit. Sicut enim de minimis non curat Princeps, vt ea seruanda cum iuramenti obligatione decernat. Quibus ita constitutis, pro ampliori explicatione.

147 Dico primò, suffragia collegarum reuelare, non est semper mortale. Id probo: nam multoties ex reuelatione non sequitur inconveniens, quia partes nequeunt contra suffragantes grauem offenditionem incurrire; immo quandoque etiam ad indignationem temperandam opportunum accedit, dum modò in parte contraria nihil simile timeatur. In quodam Indiarum prætorio quidam vir non ignobilis litigabat; & ex Auditoribus unum sibi putabat aduersum. Adebat cùm subcellia ascenderent, & cùm descendentes, aut post secretum confessum exirent; & cùm singulare honoris signa exhiberet alii, vni illi vix se præbebat urbanum, à quo nihil sibi commodum expectabat. Et tamen unus ille præcipuus erat causa talis litigantis defensor. Vnde Senatores illi hominis mirabantur errorem, & officia erga se ipsos adeò inæqualiter dispensata. Si ergo tunc illi aliqui eorum veritatem aperire, non videtur de iuramenti violatione damndandus; nisi pars colligans ex eo indignationem consimilem conceputra cederetur. Simile quid in Limano hoc prætorio accidit, de quo testari possum. Auditor enim ex alia Audientiâ promotus, quorundam narratione constanti, Religioni nostrâ rebus putabatur aduersus. Cumque in negotio quodam Iudicum discordia fuisset, & res eius accessu feliciter terminata; nulli in mentem venit præfatum dominum favoris

quidquam contulisse; & tamen secus acciderat testimonio enim collega id mihi perspectum, qui & dicere tutò potuit conscientia sua moderatori, & vt Religio suspicionem illam deponearet, quæ vt dicí apud nos solitum, bonum sanguinem nequit creare.

148 Dico secundo. Quidquid intra Conclavem geritur, cuius reuelatio in Auditorum decuscedere potest, non stat sine lethalis culpa reatu. Exemplo sit, quod nunc in ore habetur complurium: Auditorem, inquam, de cuius integritate communis est vox, & cuius suffragium, iustitia suffragium dicitur, a Prorege grauiter reprehensum; cùm Religiolorum quorundam negotium satis turbidum ageretur, eò quod eorum supremum Prælatum sibi Compatrium elegisset in natu nuper filij Baptismo: cùm tamen non sit credibile eam ob causam Auditorem præfatum iustitia limites transgressurum. Sed erunt, qui aut credent, aut suscipi poterunt auditâ reprehensione, temere ab aliquo patriter confidente vulgarâ. Non ergo sine lethali culpa reatu stabit huiusmodi publicatio, & similiter de aliis iudicandum.

149 Dico tertio. Senatori frangenti secretum in re graui potest Prorege poenam dignam imponere. Quod probatur ex generali doctrinâ, quam cum multis tradit Dom. Solorzanos Lib. 4. Cap. 4. num. 79. & seqq. Pro regem scilicet ob gratia criminis posse Auditores punire usque ad officij priuationem. Est autem reuelatio secreti non solum graue peccatum, sed sacrilegium, vt vidimus, & politica gubernatione valde exitiosum: libertati enim in iudicando adueratur, & consequenter iustitia. Nam timere meritò qui quis poterit ex reuelatione suffragij sui gratia illi incommoda superuentura, & ita illud non iustitia, sed proprio commodo attemperandi non leue periculum est; vnde priuatur officio reuelator talis legibus Lusitanis, inhabili ad alia redditur, & poena peririi plectitur. Pro quo vide Patrem Fragosum Tom. 1. pag. 668. in principio; neque id mirum cum criminis huius reus apud Romanos dignus combustionis, aut furca duceretur. Sic Paulus. L. Si quis. 5. de penitentia.

150 Dico quartò. In Indiis specialius vrgit, quod de obligatione secreti dictum est. Tum quia minus tutò credi potest communiter, seu vt in plurimum loquendo. Pruritus enim nouitates sciendi, & audita prosemnandi, in his terribus peculiaris. Tum etiam quia litigantes liberioris vindictæ habent facultatem. Tum præterea ex eo quod Auditores plus astimationis debent his in partibus accurare, iuxta dicta Cap. 1. Nihil autem eos sic reddere ludibri dignos poterit, quæ si secreti violatores habeantur. Pro quo est illud Horatij Sermon. Lib. 1. Sat. 4.

Commissione tacere

Qui nequit, hic niger est, hunc tu Romane caueto.
Vere niger, & mancipio similis Æthiopico, cui honor nullus debeatur. Sed, & Siracides sic locutus Eccli. 27. v. 17. Qui denudat arcana amici, fit dem perdit: Quod exponens P. Cornelius ita scribit, Fidem id est opinionem, creditum, & nomen fiducieatis perdet apud amicum, vt cum affernetur, seu lusus.

Horatius

Affertio 2.
Peccari in
eo qd au-
ter, si in
Collega-
rum ceda-
derim-
tum.

Affertio 3.
Peccare
graue
Iudices
Curia in-
tercessio-
nis de-
penden-
do.

Quæ ad-
mittenda.

Cassiodo-
rii.

3. Reg. 20.
v. 42.

Quæ poena
ex Legibus
Lusitanis,
& in re
Cesareo.

Affertio 4.
In Indijs
obligatio-
nem secre-
tum posse
magis or-
gere.

Contra le-
gum men-
tem id est.

Exemplum
ex Scriptu-
ra Virgen.

P. Corne-
lius

CAPUT XVIII.

De obligationibus Togatorum iudicium pro criminibus puniendis.

s. I.

Quedam cum reis agendi ratio in eisdem improbata.

151 A Git de illis specialiter Dom. Solor-

zanus Lib. 4. Cap. 5. & in Politicâ Lib. 5. Cap. 5. in eius discurso pau-

cæ ad conscientiam spectantes questiones occur-

runt, circa illas autem, & alias

Dico primo. Frequens in Indiis querela est, & non sine frequentibus etiam fundamentis, multum apud præfatos iudices valere intercessiones, & ita iustitia cursum legitimum impedit. In quo quidem quæ grauiter delinqui contagat manifestus est, quæ ut egeat probatione.

Animaduertant illi, an qui intercessionibus suis reos conantur à iudiciali sententia eximere, iudices ipsos ab æternâ damnatione poenâ sint etiam erupti. Luat ergo temporaliter reus, ne iudex externaliter crucietur. Suscipienda precatio est, quæ publicis utilitatibus non repugnat, & amplectenda desideria priuatorum, quæ si remedium querunt, ut nobis non videantur generare dissidium. Ut alias Theodoricus apud Cassiodorum Lib. 5. 6. Formidanda Prophetæ à Deo ad Achabum missi communio; cum Benadab regem Syriæ illæsum abire iussisset, in hunc modum fulminata: Hec dicit Dominus: Quia dimisisti virum dignum morte de manu tua, erit anima tua pro anima eius, & populus tuus pro populo eius. Quod sibi dictum pusilli coridis iudices arbitrentur, si dignos morte dimittant, vt, & qui nocent, noceant adhuc, & graui alii poenæ obnoxios, impunitos, vt qui in lordibus sunt, fordescant adhuc, & Christiana Republica volutabrum immundorum animantium fiat, quæ habitaculum esse debuerat Angelorum. Et hoc, quia hic vel ille sic fieri rogarunt, Dei & conscientia imperio non curatis.

152 Dico secundo. Ea non videtur probanda politica, iuxta quæ rei infamum criminum dimittuntur, quia honoratores ob officium aliquod ex honestioribus habitum, aut ob ingenuam parentelam, vel quia Hispani sunt decenti ornati, vbi Hispanum esse, & decenter ornatum incedere, quidam videtur excellentiae gradus, ob viliorum hominum turbam ex Æthiopicis, Indis, & mixtum progenitis comparatam. Ratio est clara, nam leges, quæ poenâ delictis statuant exceptionē istam non apponunt; & vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus. Ut est vulgaratum axioma, sicut & illud: Quod lex non dicit, nec nos dicere debemus. & aliud simile & satis ad intentum: Quod lege non cauetur, in praxi non habetur. De quibus Autores adducti à Dom. Solorzano Tom. 2. lib. 2. Cap. 18. in fine. Dei cominationem auditum: Quia dimisisti virum dignum morte. Et quis vir ille? Rex Syria, quem Deus morte dignum declararat, dum ob blasphemiam in ipsum, ac eumdem, & plebem innumeram,

singulare prouidentia gladio Achabi subiecerat, pariter puniendum. Videatur P. Gaspar Sancius in eum locum. Et quidem praxis vniuersi orbis Christiani sic habet, quam præfati iudices melius *et ratio aperta* me nonunt: & quæ notanda rei huī exempla in Hispania conspecta, nobilissimis multis ordinaria legum poenâ, infamia ob crimina, castigatis. Et certè si hoc non ita fiat, pessimè est publica utilitati consultum. Furta enim leuioris momenti vilissimi homines solent committere: grandiora in hoc genere facinora, & vt poëta loquitur, *maioris abolla*, homines nigri pallij, vt dici apud nos solitum, aggrediuntur. Si ergo ad hæc Iudicum connuentia descendere poenas impedit, dannis maioribus minori, quam leuibus, studio prouidentur. Quo malo nullum videtur in Republica posse maius inueniri. Et certum aliás est, cùm lex aliquos voluit exceptos, eosdem expressisse: vt constat ex 1. 2. 5. Postea cum Apollinis D. de origine iuris. In qua statuitur transfugam non esse transfugaram poenâ afficiendum, qui multos postea transfugas, ac latrones deprehendi atq[ue]ctor fuit.

153 Bene verum est. Poenas in ordinariis iudiciis esse arbitrarias, quia leges non possunt exprimere omnes circumstantias, & ideo arbitrio iudicantis est remissa facultas, vt secundum facta contingentia possit poenam minuire, vel augere. Quod communiter tradunt Doctores iuxta l. 1. & l. Milt. D. de custodia reorum, aliosque.

Quod si tale aliqd circa præfatos accidat, hac se tueri doctrinâ possunt. Sed aliud est minuire, aliud penitus absoluere, quod Principi proprium est, & dieutus esse de regalibus: pro quo videantur Autores apud P. Fragosum Tom. 1. pag. 479, num. 263. Deinde eti si manu possint, non tamen ob titulum explicatum sic generaliter acceptum, alias, vt dixi, non erit Republicæ securitati consultum, si poena maioris momenti solis sint miseris Indis, Æthiopicis, & mixtum progenitis imponendæ. Et in legibus quidem multis poena cum discrimine personarum assignantur, & major personis vilibus, quæ ingenuis solet indicari. Quando ergo indiscriminatio poena imponitur, signum est Legillatoris voluntatem talem esse, vt poena talis vniuersos comprehendat. Circa hoc ergo grauiter possunt delinquere criminis Auditores.

154 Pro Indiis autem potest casus occur-
tere, in quo locum habere præfata queat politi-
ca: si videlicet aliquis ex conquistorum pro-
geniem sa-
ura bilis
pro Indijs
doctrinâ.

49. per totam, præsertim num. 13. & 14. Vbi ait delinquentiam poenas remittendas, aut mi-
nuendas, propter propria, aut maiorum in Rem-
publicam merita, ac beneficia. Addens tamē hoc ita faciendum, nisi delicta atrocissima, grauissimaque in eamdem Rempublicam fuerint perpetrata. Cūm ergo in Indiis nulla maiora esse merita possint, quæ Conquistatorum, legitimè ex eo deducitur, quando descendentes ab illis grauia delicta committunt, posse à iudicibus poenas à legibus impositas temperari. Quia verò, si hoc illi fibi persuadeant, fieri insolentes possunt, & legum ac iudicium contemptores, quod re-
giomibus

gloribus in istis periculo plenum est, temperatio-
nalis futura, vt satis sit ad eos in officio contine-
dos, accedente simul Proregis auctoritate, vt
sciant illi non sibi impunè futuram liberiorem
agendi rationem.

§. 11.

Circa eos, qui in Hispania vxores habent,
quid praestandum, & alia pro eorum-
dem judicum vigilancia rebus diversis
applicanda.

Affirmo 3.
teneri uxo-
tatos com-
pelleri, vt
ad uxores
in Europa
relatis re-
deant.

Matrimo-
niij defini-
tio.

Vxorem no-
teneri tras-
fretare.

Sicut nec
sequi cum
grauis de-
trimento.

Maritus
an posse
nauigare
in Indias.

155 Dico tertio. Iudices praesati speciali
obligatione tenentur eos, qui vxores
in Hispania haberit, eo ut redeant compellere, si
earum licentia non extet: vel ut eas adducendas
curent, venire volentes, committat transmisso
competenti, fraudes, qua in hoc admiscerit, solent,
solicite discutentes. Confat hoc ex variis re
scriptis Regii, quibus haec illis cura committitur;
& quidem merito; quia diuortium istud contra
vxorum iura inhumanae protractum, crimen est,
vt negare potest nullus, cum ex eo vxores iure
petendi debiti priuentur, & solatio virorum, ac
custodia definita, manifestis periculis obnoxia
sunt connubialis fidei violanda: & in definitione
matrimonii, quam communiter Doctores tra
dunt, id expresse continentur; dicitur enim coniun
ctio maritis viri, & feminæ, inter legitima perfec
tions, indiunctum viri & coniugium retinens. Quæ
quidem ex viroque est iure deducta, vt videri po
test apud Doctores, quos adducit P. Palau Tom.
5. Disput. 2. post initium. Videatur præsertim Cap.
illud quoque, de Præsumptionibus. Circa hoc tamen
aliqua occurserunt notatu digna, & peculiari in
quisitione.

156 Primò. An si vir venire nolit, tene
atur vir in conscientia ad eam tendere. Vbi in pri
mis probabile est vxorem non teneri transfretare,
vt maritum sequatur, sic enim tenerit Hostiensis,
& Henricus, quibuscum P. Thomas Sanctius,
Lib. 1. de Matrimonio, Disput. 41. numer. 9. Quod
etiam colligitur clare ex aliis dicentibus non ten
eri sequi maritum in longa peregrinatione seu
vagatione; pro quo videndum idem, & P. Palau
supr. Punkt. 15. num. 5. Disput. 1. Quæ autem pere
grinatio longior ea, quæ ad Indias ex Europa
pergitur? Item ex aliorum Doctrina dicentium
generaliter vxorem non teneri virum sequi, si
graua timeat vitæ detrimentum. P. Sanctius supr.
num. 4. & illud, vnde, non addunt alii, sed tantum
graua detrimentum; & cum illis P. Palau supr.
numer. 2. licet similiter possit intelligi, vt scilicet,
quies grata detrimentum est, vitæ detri
mentum sit, cum vivere cogatur vitam difficilem, &
laboriosam. Grata autem detrimentum vxorem
pati ex nauigatione suscepit quis non videat?
cum & pericula frequenta mortis in illa,
omnia plena timoribus, & incommodis, vt
viro ipsi nimium molesta censeatur: illa
ergo justè transfretationem renuente, quid viro
agendum?

157 Vbi & alia succurrat quæstio, an scili
cet renuente nauigationem, possit nihilominus
vir eam subire, etiam si vir nolit abeundi facere

potestatem. In quo certum est, si illa non habeat,
vnde sustentari possit absente marito, aut secura
non maneat in ordine ad custodiam castitatis,
maritum non posse discedere spontanea separa
tione; quia obligatio eius in ordine ad prædicta
est urgentissima juxta dicta. Talis autem obliga
tionis implemento supposito difficultas procedit,
& videtur posse probabilitate fundari. Maritum
non peccare in talis discessu, si alias illis finis ho
nestus praefigatur: nam lex matrimonii non ob
ligat ex se virum ad certum locum: sed potest
illa pro rerum opportunitate mutare: ergo &
navigare in Indias, ex quâ nauigatione commo
dum & sibi & vxori potest sperare non leue.
Videtur legitima consequentia; quia pro Indiis
specialis prohibito non extat. Si dicas vxorem
sequi eum non posse: contra est; quia id peracci
dens se habet, neque ea impossibilitas moralis, aut
physica, potestatem eius absolutè tollit. Quem
admodum vir peregrinari potest ad implendum
votum, etiam si peregrinatio longa futura sit,
quem vxor sequi non tenuerit, iuxta dicta, num.
prædicti: sicut & vagari ob honestum finem,
juxta eos, quos adducit P. Sancius num. 8. Quod
ergo mulier viri assistentiâ priuetur, sibi impu
ter, quæ sequi eum non vult, quod incommodum
prævidere potuit, dum de coniugio cogitauit;
quia hoc tamen facere mariti solent; & ita si voluit
ita contrahere, sibi id adscribat; scienti enim &
volenti non fit iniuria.

158 Nihilominus oppositum videtur te
nendum ex communi scriptorum Doctrinâ affe
tentium in viro esse obligationem sequendi vxo
rem, quando illi necessarium est domicilium mu
tare: sic plures, quos adducit, & sequitur P. San
cius supr. num. 15. & P. Palau n. 7. ex quo clare
sequitur debere eam non relinquere in eo, quod
habet, domicilio, quod multo minus est, quando
illa ad aliud nequit se conferre, quod marito pla
cat: & ita Doctrinam prædictorum scriptorum
videtur intelligere P. Palau, dum ait maritum
teneri vxorem sequi, quando vxor necessitate le
gis, salutis, alterius causæ graui compellitur
aliqui habere domicilium, & statim pro hoc
memoratos Auctores inducit. Quod cum vide
tur extra controversiam, huic potius standum
sententia. Nam vxor nauigare renuens, ad id
necessitate aliquæ graui compellitur, salutis in
quam, de quâ dictum numer. 156. immo & vita
cum grauaminibus alii sat molestis, vt ibidem.

159 Iuxta haec ergo quæstio proposita de
cidenda: teneri inquam virum in Indiis existen
tem ad vxorem remeare; quia quod sine iniuria
inchoari non potuit, nequit sine illâ continuari.
Possunt tamen causæ aliquæ detentionis subesse,
ex quibus de beneplacito vxoris verosimilis ha
beatur conscientia; & hoc notatu dignum occur
rit. Secundo, vt si vir ceperit feliciter lucrat; po
test pergere, vt peculium augeat; gratum enim
vxori erit virum non inopem, & in honorum
ad se redire, sed facultibus auctis, quibus mulier
ipsa copiosius, & honorificenter possit sustenta
ri. Item si vir mulieris pertinet aduentum, bo
nam suam fortunam nuntians per epistolam, &
necessaria ad iter remittendo. Præterea si bene
placitum petat, & liberalibus largitionibus con
etur exorare. Deinde, si valde illi in honorum
futurum

Vxorem te
neri virum
transfretā
tem sequi,
aliquorum
sententia.

Vt credi de
beat ducenti
se habere
licenciam.

Cap. Ex
studis.

Vnde fau
rabilis pre
sumptio
iuxta pa
cros Cano
nes.

Affirmo 4.
peccare po
si judices
prædictos
zelo praci
pi, qui
manuver
dine iemen
duis.

Dicit Pe
lusiota.

D. Bernar
dius.

Affirmo 5.
Nocturna
debere in
tempos effe
custodia.

futurum sit ad propria ex Indiis sine substantia
aliqua reuerti, vt sit fabula conterraneorum. In
super, si in eo sit statu, vt vxori magis oneri fu
turus sit, quâm solatio; quia scilicet laborare jam
non possit, in eo quod prius, & ita vxoris labore
veniat sustentandus: quibus addi potest opinio
niem esse aliquorum vxorem teneri sequi virum
honestâ ex causa tranfretantem. Pro quo Dom.
Soloranzus num. 27. adducit Fr. Ioannem Bapti
stam in Aduentis in Tabula, v. Matrimonio, &
Zuritam Quæst. 38. indica, sed Fr. Ioannes Bapti
sta citato loco nihil tale dicit. Ferdinandus autem
Zurita Propositione 3. oppositum statuit, quidquid
Propos. 1. circa convenientiam disputat. Et ipse
D. Soloranzus magis ex consilio, quâm de præ
cepto procedere ait, sed certe aliquantulum pro
babile est, quod ipse non negat.

160 Tertio. Iudices criminis quando circa
ista inquirunt, & aliquis licentiam vxoris se habe
re testatur, non debent credere, nisi pro eo prob
abilia deprehendant argumenta, vel quia licen
tia per authenticum constat instrumentum, vel
per vxoris epistolas, aut per idoneos testes, vel si
probationes non sint adeo concludentes, modus
viuendi vxorati talis accedit; quia scilicet honeste
vitit, Sacramenta frequentat, non enim est credi
bile illum salutis sue oblitum sacrilegia fre
quentia committere, & alium esse ab eo, quem
opera manifestant. Pro quo est Cap. Ex studijs
de Præsumptionibus, in quo sic habetur: Quem
cumque enim viri uibus studere cum modeſia contin
ente, auditione sapientum, obſeruantie mandatorum Dei,
maxime simplicitati, & humilitati videris, huius mundo
& recta opera intellige. Sic ibi: & in Cap. In cunctis
11. Quæst. 3. sic ex Diuo Gregorio habetur: Ut
nimis leuitatis esse offendrem, si quis mala graui cre
dere studeat, que probari non posint. Sie ille. Lib. 6.
Epistol. 14. Hoc ergo negotium cum ad criminalem
indaginem reducatur, ea enim de causa judi
cibus maioribus criminalium committitur, arbi
trariâ est, iuxta dicta n. 153. & ita eorum bono zelo
juxta equitatis regulas remittendum. Pro quo,

161 Dico quartò. Sicut Praesati iudices pe
ccare per convenientiam possunt, juxta dicta s.
precedent. ita & per zelum præcipitem, qui ali
quando non sinit veritas lumen peruidere. Pro
quo Diuus Iohannes Pelusiota ita scribit, Lib. 1.
Epistol. 47. Præter auctoritas, & potentia, nisi man
fuerit in dñe conditatur, ipsique suauitas Deo ministrans
affulget, arrogantis potius est, & immanitas: si vero
lenitatem admixtam habeat, at per eam jus regat &
moderetur, tum dñm & integritas, & benignitas est,
& equitatis via, & rerum tranquillitas. Sic ille ad
Nemesium. Zelus ergo à mansuetudine lucem
accipit, vt sic iudicium prodeat conforme penitus
equitati. Non ergo præcipiti cursu, sed trementi
ad iudicium, præterim sanguinis, veniendum.
De quo sic Diuus Bernardus Teobaldo Comiti
scribit Epistol. 37. & quidem in talibus, ubi culpa tam
aperta, acque inexuensiblē esse videatur, quatenus nulla
nisi cum iniusti periculo, misericordie occasio relinquatur,
etiam tunc tremens, & dolens vindicem vos exhibere
debetis. Sic ille.

162 Dico quintò. Iudices criminis noctur
nis debent periculis vitandis spacielem diligen
tiā adhibere: vnde & circuire ciuitatem idoneis
ministris instructi, quod ad eorum spectat
futurum, quæ illa non habeat, vt sit fabula conterraneorum. In
super, si in eo sit statu, vt vxori magis oneri fu
turus sit, quâm solatio; quia scilicet laborare jam
non possit, in eo quod prius, & ita vxoris labore
veniat sustentandus: quibus addi potest opinio
niem esse aliquorum vxorem teneri sequi virum
honestâ ex causa tranfretantem. Pro quo Dom.
Soloranzus num. 27. adducit Fr. Ioannem Bapti
stam in Aduentis in Tabula, v. Matrimonio, &
Zuritam Quæst. 38. indica, sed Fr. Ioannes Bapti
sta citato loco nihil tale dicit. Ferdinandus autem
Zurita Propositione 3. oppositum statuit, quidquid
Propos. 1. circa convenientiam disputat. Et ipse
D. Soloranzus magis ex consilio, quâm de præ
cepto procedere ait, sed certe aliquantulum pro
babile est, quod ipse non negat.

163 Dico Primo. Fiscales in his, quæ ad jura
Regalia spectant, non possunt sequi opinionem
probabilem Fisco aduersantem, vt possunt iudici
es juxta satis receptam opinionem, & oppositum
fieri sine graui conscientia nequit lassione. Id
probo: nam aducatus pro causa alienius, si
parti patrocinetur aduersus, prævaricator est, &
graui peccat: Atqui Fiscale officium aduo
cati exercet, vt est planum; & ita Regius etiam ad
uocatus vocatur, vt videri potest apud Dom. So
lorzanum Lib. 4. Cap. 6. & in Politicâ Lib. 5. Cap. 6.
ergo nequit partem amplecti contrariam, & sic
indefensum Fiscom reliquisse.

164 Dico secundò. Si lis aliqua pro Fisco

officium. Quod eâ quidem moderatione ab ipsi
faciendum vt ad laborem diurnum, ad quem ma
nus recurrendum est, non redditur inepit. In quo
quidem, si vires suppetant, peccari grauiter potest,
vt est manifestum: sicut manifestum etiam est in
horum iudicium electione sapientissime peccari: eli
guntur enim homines jam senio inutiles, aut
morbis incurabilibus impediti. Nunc in Limano
hoc Prætorio ex his unus omnino excus est, qui
etiam si claris esset oculis, ex aliis dictis obstacu
lis, quibuscum venit, mitissimè idoneus haberetur.

Vbi obvia excusat, talia obstacula non pra
evisa. Sed nescio an in Dei oculis, aut etiam ho
minum illa mereatur admitti. Cum enim ad ele
ctionem huiusmodi, quæ de præcipuis est, noti
tia debeat exacta eligendorum procedere: quis

Electione ed
rum ap
proposita.

defectum notitia pro legali excusatione censeat
admittendum? Honoretur senes, sed sine offi
ciorum dedecore: & iis qui otio, quâm negotio
aptiores sunt, viribus congruentia tribuantur.
Qui senes quomodo honorantur.

Sola senum vita est quietis inuenisse remedia. Verba
sunt Theodorici Regis apud Cassiodorum Lib. 5.
variar. 25. Vnde Bacauda seni congruam attri
buti dignitatem; Quatenus in exhibendis voluptatibus
officii huius cura mansuetudinis nostra beneficio jugiter
perficiari, vt ille loquitur.

CAPUT XIX.
Regii Prætorii Fiscales quibus conscientiæ ob
ligationibus urgeantur.

Sunt illæ nec patet nec leues, cum ad eo
rum officium spectet, vt leges, ac Regia re
scripta seruentur, ac legum violatores pun
iantur; iurum Regalium Patroni sunt, & priu
atorum quandoque in causis peculiaribus, & in Indiis
id speciale, vt Indorum etiam patrocinium ad
ipsos pertineat: pro quibus

Affirmo 1.
non posse
opinione
Fisco con
trariam
amplecti.

165 Dico Primo. Fiscales in his, quæ ad jura
Regalia spectant, non possunt sequi opinionem
probabilem Fisco aduersantem, vt possunt iudici
es juxta satis receptam opinionem, & oppositum
fieri sine graui conscientia nequit lassione. Id
probo: nam aducatus pro causa alienius, si
parti patrocinetur aduersus, prævaricator est, &
graui peccat: Atqui Fiscale officium aduo
cati exercet, vt est planum; & ita Regius etiam ad
uocatus vocatur, vt videri potest apud Dom. So
lorzanum Lib. 4. Cap. 6. & in Politicâ Lib. 5. Cap. 6.
ergo nequit partem amplecti contrariam, & sic
indefensum Fiscom reliquisse.

166 Dico secundò. Si lis aliqua pro Fisco
nondum mota sit, & Fiscale videat Fisci jus mi
nus esse probabile, non tenetur item intentare.
Hoc videtur mihi valde verosimile; quia credi
bile non est Regem velle ius suum minus funda
tum meliori alterius iuri præferri. Pro quo fa
ciunt, quæ adducit Dom. Soloranzus supr. num.
4. Sed illud ex L. 2. Cod. de Adiutoriis, & in Politi
câ 5. Y. 10. Non prætereundum, Imperatoriâ
voce prolatum: Posterior est apud nos causa priuato
rum, quæm Fisci tutela. Quod virgari potest ex eo
quod si Fiscale tale non haberet officium, & ab
eo ut jurisprudente quereretur, num talis conve
nienter intentari lis posset, non esse id conten
iens responderet: ergo cum ad eundem spectat

non